

*Instrumentum venditionis di
Angelillo, figlio del defunto Tommaso
Chiarito di Pignola, e di suo fratello
Roberto, a favore di Petrello
di Urso di Abriola, di Potenza*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Instrumentum venditionis di
Angelillo, figlio del defunto Tommaso
Chiarito di Pignola, e di suo fratello
Roberto, a favore di Petrello
di Urso di Abriola, di Potenza*

1457 novembre 30

† In nomine domini nostri Iesu Christi, amen.

Anno a nativitate ipsius millesimo quadrigentesimo quinquagesimo septimo, regnante serenissimo et illustrissimo domino nostro domino Alfonso, Dey gratia Aragonum, Sicilie citra et ultra Farum rege, Valencie, Ierusalem, Hungarie, Mayoricarum, Sardinie et Corsice, comite Barchinone, duce Athenarum et Neopatrie ac etiam comite Rossilionis et Ceritanie, regnorum vero eius anno vicesimo tercio, feliciter, amen, die ultimo mensis novembris, sexte indictionis, apud civitatem Potencie.

Nos magister Antonellus Laria de Calabria, civis civitatis Potencie ipsiusque civitatis annalis iudes pro dicto presenti anno dicte sexte indictionis, Rogerius de Lauro de terra Athane, provincie Principatus, incola seu habitator civitatis nominate, puplicus ubilibet per totum regnum Sicilie reginali auctoritate notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati presenti scripto puplico vendicionis instrumento fatemur, declaramus, notumfacimus et testamur quod predicto die in nostri presencia constituti Angelillus, filius condam Thomasii Chiariti de Vineola, et Robertus, eius germanus ex utroque parente, mayor decem et octo annorum, prout prima facie apparebat, asseruerunt pariter coram nobis se ipsos habere, tenere et possidere iuste, realiter et rationabiliter iusto titulo et bona fide, pacifice et quiete, pleno iure tamquam veros dominos et patronos ac proprietarios, vineam unam scitam et positam in territorio civitatis iamdicte in loco ubi vulgariter dicitur la Serra de Merdarolo, suis loco et finibus limitatam, videlicet iuxta vineam Antonelli de Brindisi, sulco comuni mediante, iuxta viam puplicam,

iuxta vineale ecclesie Sancti Laurentii, iuxta vineale magistri Crissinati, quintana vicinali mediante et alios fines, ac cum omnibus et singulis dicte vinee iuribus, redditibus et proventibus, introytibus, egressibus suis et regressibus ac cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem vinee pertinentibus quoquomodo, francam, liberam et exemptam ab omni et qualibet venditione, alienatione, ypothegatione, debito, legato et obligatione, censu, redditu, angaria et perangaria ac prestacione quacumque reali et personali ac nexu quocumque et nemine fore venditam, obligatam, ypothegatam seu pignori positam, tacite vel expresse. Idcircho sicut predictis Angelillo et Roberto melius visum fuit, causa debite executioni mandandi testamentum et ultimam voluntatem dicti condam Thomasii eorum patris, ut tenentur debita subastacione premissa et aliis sollempnitatibus iuris et facti que in vendendis rebus testamentariis a iure requiruntur et observari debent tamquam non habentibus aliud quid vendere pro executione dicti testamenti, ut dixerunt, non vi, dolo vel malo choacti ad id vel aliter circumventi, sed eorum mera, libera, gratuyta et spontanea voluntate, palam, puplice et bona fyde, sine aliquo colludio et vicio pravitatis a presenti die pro causa predicta vendiderunt, alienaverunt et ex ipsa venditionis et alienationis causa traddiderunt et assignaverunt, iure proprio et imperpetuum, Petrello Ursii de Abriola, civis Potentini, filio tamquam plus offerenti et danti et neminy alio comparenti, ibidem presenti pro se et suis heredibus recipienti et ementi dictam vineam predictis membris, iuribus, loco et finibus limitata, et dicti venditores prefatum emptorem in corporalem possessionem dicte vinee coram nobis per fustem induxit ad verum

dominium et proprietatem ipsius, emptoris et suorum heredum et subcessorum ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum, donandum, permutandum, nec non et quocumque modo voluerit dictus emptor et sui heredes alienandum, cum viis suis in ipsam vineam intrandi atque exeundi ac cum omnibus iuribus et pertinentiis suis sibi pertinentibus quovis modo. Pro qua quidem venditione et alienatione, dicti venditores coram nobis confessi fuerunt et contemptos se vocaverunt recepisse et manualiter habuisse a prefato emptore, nomine precii, in carlenis argenti sexaginta per unciam et duobus pro tareno quolibet computatis, usualis pecunie Regni huius, uncias duas et tarenos quindecim ponderis generalis, totum scilicet precium venditionis ipsius. Promiccentes dicti venditores per se eorumque heredes dicto emptori pro se et suis heredibus stipulanti, litem, controversiam vel questionem aliquam de dicta vinea ullo umcquam tempore non inferre, nec inferenti consentire vel assentire, set dictam venditionem et omnia et singula supradicta et infrascripta firmam et firma ac ratam et rata habere, tenere et numcquam contrafacere vel venire per se suosque heredes aud aliquos quovis modo, in iudicio vel extra iudicium, de iure vel de facto, modo, ingenio seu tractatu, set dictam terram dicto emptori et suis heredibus ab omni homine et persona quacumque legitime defendere, guarentire et disbrigare et de evictione teneri. Et proinde obligaverunt se, heredes, subcessores et bona eorum omnia mobilia et stabilia habita et habenda ubicumque scita et posita ad penam dupli precii supradicti, medietate ipsius pene regie curie vel alteri curie ubi exinde facta fuerit reclamatio seu querela, et altera medietate dicto emptori et suis heredibus persolvenda, me predicto notario

tamquam persona publica pro parte dicte curie et dicto emptori pro se suisque heredibus et successoribus a prefatis venditoribus sollempniter stipulante penam ipsam, qua commissa vel non commissa, exacta vel non exacta seu gratiose remissa, presens nichilominus instrumentum cum omnibus que in se continet in suo semper robore et efficacia perseveret, cum refectione omnium dapnorum, interesse et expensarum litis et extra litem que fierent, propterea quoquomodo, de quibus stari et credi debeat assertioni tantum cum iuramento dicti emptoris et suorum heredum, nulla alia probatione quesita. Et renunciaverunt super hiis dicti venditores voluntarie et expresse pro cautela dicti emptoris et heredum suorum exceptioni doli mali, vis, metus et in factum, presentis non sic celebrati contractus, exceptioni deceptionis et fraudis reique predicto modo non geste vel aliter habite quam ut superius continetur et est expressum, exceptioni dicte venditionis non bene facte et secute realiter modo predicto et predictae pecunie non recepte, non habite, non numerate et non assignate eis ab emptore predicto et non boni et non ponderati argenti, legi dicenti probationis modum non esse agustandum et bona capta incontinenti non posse vendi et subastacionis fieri et certum tempus expectari debere ad illa vendendum, legi de duobus et pluribus reis insolidum obligatis et omnibus aliis iuribus omnium legum et specialiter iuri dicenti generalem renunciationem non valere et iuri per quod cavetur quod dicto iuri renunciari non posset. Certiorati prius dicti venditores certioratione congrua de iuribus et effectibus eorundem, pro quibus omnibus et singulis actendendis et inviolabiliter observandis quodque predicta omnia et singula vera sunt, dicti venditores prefato emptori presenti et recipienti coram

nobis corporaliter presuerunt ad sancta Dei evangelia
iuramentum. Et voluerunt partes ipse quod si in
presenti instrumento aliqua iuris clausula deficeret
per quam presens instrumentum posset in aliquo
delidi quod possit reffici per me predictum notarium
corrigi et emendari, semel, bis, ter et quotiens opus
fuerit ad consilium sapientis cuiuscumque veritatis
tamen substantia non mutata. Unde ad futuram
memoriam et dictorum venditorum preces dictique
emptoris suorumque heredum et subcessorum cautelam
perpetuam, factum est exinde hoc presens puplicum
instrumentum per manus mei predicti notarii, signo meo
solito signatum, subscriptione mei qui supra iudicis et
nostrum subscriptorum testium signis et subscriptionibus
roboratum.

- 1
- 2
- 3
- 4
- 5
- 6
- 7

Probabilmente Calabria, oggi Calvera (Potenza).

Così A, si intenda Athene.

Così A.

Sulla chiesa di San Lorenzo, grancia dipendente dalla Certosa
di San Lorenzo di Padula, v. doc. 58 nota 1.

La parola è corretta su venditione.

La parola è corretta su alienatione.

Così A.

8

8

9

10

11

12

13

Quod scripsi ego predictus Rogerius de Lauro puplicus ut supra notarius, qui premissis omnibus vocatus et rogatus interfui ipsumque meo solito et consueto signo signavi. (SN) Rogerius † Ego magister Antonellus Larya qui supra annalis iudes interfui. † Ego Paulus de Muscolo de Neapoli testis interfui et me subscripsi. † Ego notarius Iacobus de Bono Iohanne testis sum. † Ego diaconus Bartholus de Lauro Potencie testis sum. † Ego magister Guillelmus de Vincencio phisicus testis sum. † Signum crucis proprie manus Nicolacii de Aretio testis ydiote qui interfuit et scribere nescientis.

Così A.

Così A.

Così A.

Così A.

Così A, si legga civi Potentino.

In A omniumque con -que eliso